Annus XV - Vol. XV 31 Decembris 1923 Num. 13

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

SUMMARIUM

Acta Pii PP. XI: *Sacrum Consistorium:* Consistorium secretum diei 20 decembris 1923, p. 605; Consistorium semi-publicum diei 23 decembris, p. 612.

Acta SS. Congregationum: *Suprema S. C. S. Officii:* I. Decretum proscriptionis operis, p. 615; II. Epistola super eodem decreto, p. 616.

Diarium Romanae Curiae: Udienza diplomatica. - S. C. dei Religiosi: Avviso di concorso. - Segreteria di Stato: Nomine. - Necrologio, p. 620.

INDICES VOL. XV, AN. XV, 1923: I. Index generalis actorum, p. 621. - II. Index chronologicus documentorum, p. 623. - III. Index nominum: *a*) personarum, p. 638; *b*) locorum, p. 656; *c*) religionum, p. 664. - IV. Index analyticus rerum notabilium, p. 667.

ROMAE

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

MCMXXIII

Directio: Palazzo della Cancelleria — Roma.
Administratio: Tipografia Poliglotta Vaticana. — Roma.

Pretium annuae subscriptionis.
Pro Italia, Lib. 18. — Extra Italiam, *Frs.* 24.
Unius fasciculi, Lib. 3 —

« *Bis fere in mense* (Commentarium) *prodibit ac quotiescumque vel necessitas vel utilitas id postulare videbitur* » (Ex *Commentarii Officialis* ratione die 29 octobris 1908 edita).

INDEX HUIUS FASCICULI

(An. XV, n. 13 - 31 Decembris 1923)

ACTA PII PP. XI

SACRUM CONSISTORIUM

I

(die 20 dec. 1923)

PAG.

I. Allocutio SS. D. N. Pii PP. XI. - Creatio et publicatio S. R. E. Cardinalium . . 605
II. Provisio Ecclesiarum 609
III. Postulatio Sacri Pallii 612

II

(die 23 dec. 1923)

I. Traditio rubri Galeri 612

III

(die 23 dec. 1923)

I. Provisio Ecclesiarum 612
II. Pallii postulatio 614
III. Assignatio Diaconiarum 614

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA S. CONGREGATIO S. OFFICII

I. *Decretum.* - Damnatur opus cui titulus « Manuel biblique, etc. ». - *13 dec. 1923* 615

PAG.

II. Epistola ad R. D. Moderatorem Supremum Societatis Presbyterorum a Sancto Sulpitio circa supra relatum damnationis decretum. - *22 decembris 1923* 616

DIARIUM ROMANAE CURIAE

I. Udienza diplomatica 620
II. S. C. dei Religiosi: *Avviso di concorso* . 620
III. Segreteria di Stato: *Sacre Congregazioni assegnate ai novelli Porporati* 620
IV. Necrologio 620

INDICES VOL. XV ANNI 1923

I. Index generalis 621
II. Index chronologicus 623
III. Indices nominum:
a) personarum 633
b) dioecesium aliorumque locorum . . 656
c) religionum 664
IV. Index rerum notabilium 667

Annus XV - Vol. XV 31 Decembris 1923 Num. 13

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

SACRUM CONSISTORIUM

I

Die 20 decembris 1923, feria v, in Palatio Apostolico Vaticano habitum est *Consistorium secretum*, cuius acta ex ordine referuntur.

I. – ALLOCUTIO SSMI DOMINI NOSTRI
CREATIO ET PUBLICATIO S. R. E. CARDINALIUM

VENERABILES FRATRES

Ex quo proximum huius clarissimi Ordinis conventum habuimus usque ad hodiernum diem, nonnulli de vestro numero desiderati sunt, quorum quidem amissio ac praecipue Ioannis Soldevila y Romero, Cardinalis Archiepiscopi Caesaraugustani, atrox nefariusque interitus magnum Nobis bonisque omnibus maerorem luctumque sane fecit; quos quamquam sperare licet, iam beatos apud Deum, pietatis nostrae non egere suffragiis, tamen postulat fraterna caritas, ut eosdem divinae benignitati commendare ne cessemus. Antea vero quam amplissimum Collegium vestrum suppleamus, placet, sollemni more institutoque, paucis, Venerabiles Fratres, de maioribus Ecclesiae negotiis vos tenere.

Ac primum res populorum vel externas vel domesticas, quod ad pacem attinet, quarum causa Nos sollicitari saepe diximus,

videtis non multo meliores effectas esse. Illa ipsa epistola, quam Nos, pro paterno studio, ut nostis, maximis Europae mediae incommodis medendi, dilecto Filio Nostro, Petro Gasparri, Cardinali a negotiis publicis, inscripsimus, tametsi non omnino irrita cecidit – aliquid enim in eius sententiam deinceps est actum – tamen non eum habuit exitum, quem iure sperabamus. Quamquam autem Nos, benignitatem humanitatemque saepe suadendo, non nihil videmur assecuti, manet etiamnunc in animis magna contentionis acerbitas; manent atque adeo crescunt in dies multitudinum bello afflictarum egestates omnis generis; quibus quidem opitulandi gratia, praesertim cum allatura famem hiems immineret, idem Cardinalis, per Nuntios Legatosque Sedis Apostolicae, nationes quae frumentis abundarent, omnes Nostro nomine appellavit, ut tantis necessitatibus pro sua quaeque facultate subvenirent. Hanc misericordiae implorationem Nostram satis profuturam indigentibus equidem confidimus; nec temere: adhuc enim plus quam semel iis populis, quorum esset ex bello condicio miserabilior, ceterorum opem cum invocaverimus, numquam frustra vox Nostra fuit, quin mirabile est quam magnam auxiliorum vim undique excitarit. Hac igitur tanta liberalitate bonorum, quibus Nos quidem hoc honestissimo loco debitam gratiarum actionem iteramus, Nobis est potestas data calamitosos quam plurimos, qui per mediae Europae regiones maximeque et in proximo et in extremo Oriente inedia deficiebant, ex ipsis paene mortis faucibus eripiendi. Atque utinam illos etiam homines fortissimos, quibus ob suam in catholica fide constantiam indigna sunt omnia toleranda, liceat, ut velimus, opportunis recreare subsidiis. Solliciti enim anxiique sumus in primis de Ioannis Baptistae Cieplak Archiepiscopi salute, in vinculis una cum multis sacerdotibus adhuc tabescentis; cui quando alio pacto non possumus, piis precibus, quod caput est, prodesse contendimus, Deum obsecrantes ut bonorum militum virtutem sua gratia sustentet, laboresque immarcescibilis coronae fiducia consoletur.

Verum si postremis hisce mensibus a molestiis curisque non vacavimus, tamen, Dei beneficio, non defuere quae animum

Nostrum solacio afficerent. Nam quid in tam miseris tamque alienis christianae paci temporibus optari melius potest, quam ut amore cultuque populorum floreat sanctissima Eucharistia? quae quidem, cum omnium bonorum, quaecumque communi aeque ac singulorum saluti coniuncta sunt, radicem fontemque contineat, tum, ut unitatis caritatisque mysterium, maxime ad hoc valet, ad homines inter se reconciliandos. Itaque perlibenter vidimus increbrescere eas, quae iam pridem in mores catholicarum gentium venerunt, religionis erga augustum Sacramentum significationes publicas. Quo in genere dignus est profecto qui memoretur Parisiensis Conventus, quamquam illius celeberrimae urbis luce caruit; qui autem Genuae habitus est Conventus Eucharisticus, is, curante in primis venerabili fratre Iosue Signori, Archiepiscopo diligentissimo - quem subinde Genuensi Ecclesiae ademptum lugemus - et convenarum multitudine et apparatus magnificentia et caeremoniarum splendore et frequentissima Sanctae Synaxis celebratione facile praestitit. Id autem tum praeclaro iudicio est adauctae in populo pietatis et fidei, tum etiam certo est argumento, nostrorum *actionem catholicam* quae dicitur, magnum habere momentum ad religionem in populis promovendam: quae actio ut vel amplius proficiat, accommodatiores tempori leges, ut scitis, ei nuper constituimus.

Ad haec, tributi Thomae Aquinati sollemnes honores quod ante sexcentos annos in Sanctorum numerum esset adscriptus, non mediocrem Nobis laetitiae fructum peperere. Cum enim ea de re proprias ad orbem catholicum dedissemus litteras, nostros cohortati ut in studiis optimis hunc praecipue ducem sequerentur, tanto cum animorum ardore illa instituta sunt sacra sollemnia, ut non dubia spes exsisteret, eum ingeniorum motum, qui Leonis XIII, illustris decessoris Nostri, auctoritate feliciter excitatus est, cum iam defervescere videretur, rursus posthaec inflammatum iri.

Nec minus prospere, Deo favente, successit ea de S. Iosaphat Kuncewicii praeclaro martyrio commemoratio saecularis quam Nostrum pro Ecclesia Orientali sacrum Consilium studiosissime

apparaverat; de qua item sollemnitate sunt Encyclicae Nostrae litterae. Nam quotquot in orientalibus ad oecumenicam Ecclesiae unitatem revocandis laborare consueverant, iisdem vitam virtutesque celebrantibus sanctissimi antistitis, qui unitatem ipsam tuendo ceciderit, multum inde animi ad tam salutare propositum urgendum videtur accessisse.

Eodemque Sacro Consilio Nobis operam navante, effecimus, Dei munere ut ex Vicariatibus Apostolicis Syro-Malabaricis quattuor Sedes Episcopales totidem instittueremus, quarum metropolis Ernakulam: quod quidem ideo libentissime hic commemoramus, quia non parum videmur afferre laetitiae dilectissimis filiis catholicis eas regiones incolentibus; quibus maxime fausta iam adest, sancti Thomae Apostoli natalis dies. Id autem omnino postulabat et egregia apud eos rei catholicae temperatio; et praeclari quos ii Vicariatus habuerant sub indigenis proprii ritus Episcopis in religione progressus; et eorum fidelium vere consentanei christianae professioni mores; et singularis eorumdem erga Beatissimam Virginem Mariam pietas atque in Clerum in Episcopos praecipueque in hanc Apostolicam Sedem summa observantia.

Inter laetabilia vero facta proximi temporis illud minime praetermittendum est de Hispaniarum Rege catholico Alfonso XIII, qui cum augusta Regina Victoria Eugenia coniuge nuper Nos invisit. Is enim, quamdiu in hac alma Urbe commoratus est, et coram Nobis et in luce civitatis, fidei suae et obsequii in Apostolicam Sedem nobilissima dedit documenta, adeo ut hispanicam ipsam nationem, Iesu Christo eiusque Vicario deditissimam, in suo rege facile agnosceres.

Denique periucundum vobis nuncium afferimus, res Hiberniae nostrae feliciter iam coeptas esse componi: docet proxima Cardinalis Archiepiscopi Armacani pastoralis epistola, idemque deinceps allati nuncii confirmant.

Iam, ad splendidissimum Ordinem Vestrum, Venerabiles Fratres, cogitatione curaque conversa, propositum est sacrae

honore Purpurae lectos duos honestare viros, qui se Nobis et proximis decessoribus Nostris probavere.

Hi sunt:

EVARISTUS LUCIDI, Iudex sacrarum cognitionum idemque Signaturae Apostolicae Secretarius:

AURELIUS GALLI, Adiutor Noster ab epistolis ad Principes.

Quid vobis videtur?

Itaque auctoritate omnipotentis Dei, sanctorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra creamus et declaramus S. R. E. Cardinales

EX ORDINE DIACONORUM

EVARISTUM LUCIDI

AURELIUM GALLI

Cum dispensationibus, derogationibus et clausulis necessariis et opportunis. In Nomine Patris ✠ et Filii ✠ et Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Superest ut viduatis Ecclesiis provideamus.

II. – PROVISIO ECCLESIARUM

Tum Beatissimus Pater his, quae sequuntur, Ecclesiis proprios Pastores attribuit, nimirum:

Patriarchali titulari Sedi Constantinopolitanae praefecit R. P. D. Michaëlem Zezza di Zapponeta, hactenus Archiepiscopum Neapolitanum.

Metropolitanae Ecclesiae Taurinensi, R. P. D. Iosephum Gamba, hactenus Episcopum Novariensem.

Titulari archiepiscopali Ecclesiae Thessalonicensi, R. P. D. Raphaëlem Carolum Rossi, Adsessorem Sacrae Congregationis Consistorialis, hactenus Episcopum Volaterranum.

Cathedralibus Ecclesiis Recinetensi et Lauretanae, invicem perpetuo unitis, R. D. Aloisium Cossio, Antistitem Urbanum.

Cathedrali Ecclesiae Volaterranae, R. P. Dantem Mariam Munerati, e Pia Societate Salesiana ven. Ioannis Bosco, eiusdemque Instituti Procuratorem Generalem.

Cathedrali Ecclesiae Angrensi, R. D. Augustum de Castro Meireles, e dioecesi Portugallensi.

Titulari episcopali Ecclesiae Surensi, R. D. Blasium Barbić, canonicum ecclesiae cathedralis Ragusinae, quem constituit Auxiliarem R. P. D. Iosephi Gregorii Marcelić, Episcopi Ragusini.

Insuper SSmus Dominus Noster alios etiam, per Apostolicas Litteras iam renunciatos, sacrorum Antistites publicavit, scilicet:

PATRIARCHAM:

Indiarum Occidentalium, R. P. D. Julianum de Diego et Garcia Alcolea, hactenus Episcopum Salmantinum.

ARCHIEPISCOPOS:

Emeritensem, Antonium Raimundum de Silva, per evectionem sedis ad metropolitanam.

Pompeiopolitanum, Franciscum Mariam Cervera, hactenus Episcopum Phesseitanum.

Compostellanum, Emmanuelem Lago y Gonzalez, hactenus Episcopum Tudensem.

Leopoliensem latini ritus, Boleslaum Twardwoski, hactenus Episcopum Telmissensem.

Melitenensem, Augustinum Marre, hactenus Episcopum Constantiensem in Scythia.

De Plata, Aloisium Franciscum Pierini, hactenus Episcopum Cochabambensem.

Olomucensem, Leopoldum Prečan.

Popoyanensem, Maximilianum Crespo, hactenus Episcopum Sanctae Rosae de Osos.

EPISCOPOS:

Briocensem, Franciscum Serrand.

Lavantinum, Andream Karlin, hactenus Episcopum Themiscyraeum.

Spalatensem et Macarcensem, Quirinum Clementem Bonefačić.

Hebronensem, Alexandrum Mac Donald, hactenus Episcopum Victoriensem in insula Vancouver.

De Chilapa, Iosephum Guadalupe Ortiz, hactenus Episcopum Tamaulipanum.

Piahuensem, Severinum de Mello.

Haileburiensem, Aloisium Rheaume.

Anemuriensem, Aloisium Martinez.

Tucumanensem, Barnabam Piedrabuena, hactenus Episcopum Catamarcensem.

Saltensem, Iulium Campero.

Calicutensem, Paulum Perini, hactenus Episcopum Mangalorensem.

Tuticorinensem, Tiburtium Roche.

Cumanensem, Sixtum Soza, hactenus Episcopum de Guayana.

Corensem, Lucam Castillo.

Sancti Christophori de Venezuela, Thomam Sanmiguel.

De Guayana, Michaëlem Antonium Mejia.

Valentinum de Venezuela, Franciscum Granadillo.

Tucsonensem, Danielem Gercke.

Tenariensem, Sabbam Sarasola.

Orthosiensem, Columbanum Dreyer.

Tergestinum et Iustinopolitanum, Aloisium Fogar.

Galviensem, Duacensem et Administratorem dioecesis Fenaborensis, Thomam O' Doherty, hactenus Episcopum Clonfertensem.

Civitatis Victoriae seu Tamaulipanum, Seraphinum Armora.

Huajapatamensem, Aloisium Altamirano Bulnes.

Chersonensem seu Kyrrhonensem, Raphaëlem Balanzá-Navarro.

Gerasensem, Andream Kriston.

Oropensem, Laurentium Del Ponte.

Anglonensem-Tursiensem, Ludovicum Cattaneo.

Vegliensem, Iosephum Srebrnic.

Salmantinum, Angelum Regueras y Lopez, hactenus Episcopum Placentinum.

Pampilonensem et Tutelensem, Matthaeum Múgica y Urrestarazu, hactenus Episcopum Oxomensem.

Marcianensem, Ludovicum Ricard.

Tudensem, Emmanuelem Mariam Vidal y Boullón, hactenus Episcopum Byrthensem.

Marcopolitanum, Iosephum Rantzan.

Anagninum, Aloisium Mazzini.

Campifontensem in Illinois, Iacobum Griffin.

Athribitensem, Michaëlem Buchberger.

Uxentinum, Antonium Lippolis, hactenus Episcopum Larinensem.

IV. – POSTULATIO PALLII

Denique Beatissimus Pater postulationes Sacri Pallii admisit, quas instanter peregerunt Pastores dati Ecclesiis: *Taurinensi*, *Compostellanae*, *De Plata*, *Olomucensi*, *Popayanensi*, itemque, ex privilegio, *Anagninae*, *Recinetensi et Lauretanae*, ac *Volaterranae*.

II

I. – TRADITIO RUBRI GALERI

Die dominica XXIII decembris habitum est, in Aula superiori porticus Basilicae Vaticanae, *publicum Consistorium*, in quo Ssmus Dñus Noster Pius PP. XI Galerum rubrum Pontificalem solemniter tradidit Cardinalibus, quos die vigesima creaverat et declaraverat,

EVARISTO LUCIDI,

AURELIO GALLI.

Interea, per advocatum Sacri Consistorii Vincentium Sacconi, tertia et ultima vice perorabatur causa ven. Servi Dei Ludovici a Casauria, Instituti a Caritate, vulgo *Frati Bigi*, Fundatoris.

III

I. – PROVISIO ECCLESIARUM

Publico Consistorio expleto, habitum est, in consueta Aula Palatii Apostolici Vaticani, *Consistorium secretum* in quo, postquam Beatissimus Pater, more solito, os clausisset supradictis Cardinalibus Lucidi et Galli, sequentes proposuit Ecclesias:

Titulari episcopali Ecclesiae Prusiadensi praefecit R. P. D. Hubertum Mariam Fiodo, hactenus Episcopum Castri Maris seu Stabiensis.

Cathedrali Ecclesiae Vivariensi, R. D. Stephanum Hurault, Vicarium generalem dioecesis Catalaunensis.

Cathedrali Ecclesiae Diniensi, cui adnexi sunt tituli *Regiensis* et *Sistaricensis*, R. D. Cosmam Jorcin, Vicarium generalem dioecesis Maurianensis.

Cathedrali Ecclesiae Lincolnensi, R. D. Franciscum Beckmann, rectorem Seminarii archidioecesis Cincinnatensis et in metropolitana Archidiaconum.

Cathedrali Ecclesiae Rupellensi, R. D. Eugenium Curien, archipresbyterum loci « Epinal », in dioecesi Sancti Deodati.

Cathedrali Ecclesiae Nashvillensi, R. D. Alfonsum Smith, parochum in dioecesi Indianopolitana.

Cathedrali Ecclesiae Victoriensi in insula Vancouver, R. D. Thomam O' Donnel, parochum in dioecesi Torontina.

Titulari episcopali Ecclesiae Isaurensi, R. D. Eduardum Howard, ex archidioecesi Dubuquensi, quem constituit Auxiliarem R. P. D. Iacobi Davis, episcopi Davenportensis.

Titulari episcopali Ecclesiae Rhosiensi, R. P. Trudonem Jans, O. F. M., electum Vicarium Apostolicum de Hu-pé occiduo-meridionali.

Titulari episcopali Ecclesiae Dorylensi, R. P. Didacum Alonso, O. F. M. Capuccinorum, electum Vicarium Apostolicum Caronensem.

Titulari episcopali Ecclesiae Birthensi, R. P. Iosephum Murphy, S. I., electum Vicarium Apostolicum Hondurensem.

Titulari episcopali Ecclesiae Themiscyrenae, R. P. Henricum Gogarty, Instituti a Spiritu Sancto, electum Vicarium Apostolicum de Kilima-Ndjaro.

Insuper alios etiam per Apostolicas sub plumbo Litteras iam renunciatos sacrorum Antistites publicavit, nimirum:

ARCHIEPISCOPUM:

Ernaculamensem, Augustinum Kandathil, hactenus Episcopum tit. Aradensem.

EPISCOPOS:

Changanacherensem, Thomam Kurialacherry, hactenus Episcopum tit. Pellacensem.

Kottayamensem, Alexandrum Chulaparambil, hactenus Episcopum tit. Busiritensem.

Tricuriensem, Franciscum Vazhapilly, hactenus Episcopum tit. Philadelphiensem.

II. – PALLII POSTULATIO

Posthaec os aperuit Beatissimus Pater Cardinalibus Lucidi et Galli, ut in Consistoriis, Congregationibus aliisque functionibus cardinalitiis suas valeant dicere sententias. Deinde vero postulationem Sacri Pallii metropolitanae Ecclesiae *Ernaculamensis* benignissime admisit.

III. – ASSIGNATIO DIACONIARUM

Demum assignavit Cardinalibus:

EVARISTO LUCIDI, *Diaconiam Sancti Hadriani in Foro.*
AURELIO GALLI, *Diaconiam Sancti Angeli in Foro Piscium.*

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

I

DECRETUM

DAMNATUR OPUS CUI TITULUS « MANUEL BIBLIQUE, etc. »

Feria IV, die 12 decembris 1923

In generali consessu Supremae S. Congregationis S. Officii Emi ac Revmi Domini Cardinales fidei et moribus tutandis praepositi, praehabito DD. Consultorum voto, proscripserunt, damnaverunt atque in Indicem librorum prohibitorum inserendum mandarunt, cum omnibus ipsius versionibus, opus, cui titulus:

VIGOUROUX, BACUEZ et BRASSAC, *Manuel biblique ou Cours d'Ecriture Sainte à l'usage des Séminaires.*

Tome troisième: « Nouveau Testament », par A. Brassac, etc., douzième édition totalement refondue, Paris, 1907. Tome quatrième: « Nouveau Testament, par A. Brassac, etc., douzième édition, Paris, 1909.

Tome troisième: « Nouveau Testament », etc., par A. Brassac, etc., treizième édition, etc., Paris, 1910. – Tome quatrième: « Nouveau Testament », par A. Brassac, etc., treizième édition, Paris, 1911.

« Ancien Testament », quatorzième édition revue par A. Brassac, etc., avec la collaboration de J. Ducher. Tome premier, etc., Paris, 1917. – Tome deuxième, etc., Paris, 1920.

« Nouveau Testament », par A. Brassac, quatorzième édition entièrement revue. Tome troisième, Paris, 1913. – Tome quatrième, Paris, 1916.

Tome troisième: « Nouveau Testament », par A. Brassac, etc., quinzième édition entièrement revue, Paris, 1920.

Et in sequenti feria V, die 13 eiusdem mensis et anni, Sanctissimus D. N. Pius divina Providentia Papa XI, in solita audientia R. P. D. Assessori S. Officii impertita, relatam sibi Emorum Patrum resolutionem approbavit, confirmavit et publicandam iussit.

Datum Romae, ex aedibus S. Officii, die 15 decembris 1923.

Aloisius Castellano, *Supremae S. C. S. Off. Notarius.*

II

AD R. D. MODERATOREM SUPREMUM SOCIETATIS PRESBYTERORUM A SANCTO SULPITIO CIRCA SUPRA RELATUM DAMNATIONIS DECRETUM.

EPISTOLA

Reverendissime Domine,

Iam pluribus ab annis multi conquerebantur de opere quod inscribitur « Manuel biblique ou Cours d'Ecriture Sainte à l'usage des Sémi- « naires » a D. Vigouroux et D. Bacuez, Societatis S. Sulpitii presbyteris, primum quidem exarato, sed postmodum a D. Brassac, eiusdem Societatis sodali, funditus retractato. Ipsa Sancta Sedes iam animum ad rem converterat, quum Reverentia Tua, anno 1920, a Summo Pontifice supplicibus precibus petiit, ut totum opus Romae examini subiiceretur eaque omnia, quae forte inibi corrigenda essent, describerentur, ut in nova editione emendari possent. Cui petitioni, licet prorsus insolitae, Summus Pontifex Benedictus f. m. Pp. XV benigne annuit atque huic Supremae Congregationi volumina recognoscenda commisit.

Examine autem, pro rei momento, mature ac diligentissime peracto, manifestum apparuit opus laborare multis gravibusque vitiis, quae illud ita pervadunt et inficiunt, ut prorsus impossibilis foret ipsius emendatio. Missis enim quamplurimis aliis erroribus, D. Brassac circa inspirationem Sacrae Scripturae et eius inerrantiam, praesertim in rebus historicis, ubi inter substantiam narrationis et adiuncta distinguit, circa authenticitatem et veritatem historicam plurium librorum inspiratorum, ea habet quae decretis dogmaticis sacrorum Conciliorum Tridentini ac Vaticani ceterisque documentis magisterii ecclesiastici, ut ecce Litteris Encyclicis Leonis XIII ac Pii X, decretis S. Officii et Pontificiae Commissionis de re biblica, necnon toti traditioni catholicae evidenter adversantur.

Quod speciatim ad inerrantiam absolutam Sacrae Scripturae attinet sufficiat in mentem revocare doctrinam Leonis XIII in Encyclica *Providentissimus:* « Nullatenus toleranda est eorum ratio, qui falso arbi- « trantur, de veritate sententiarum cum agitur, non adeo exquirendum « quaenam dixerit Deus, ut non magis perpendatur quam ob causam ea « dixerit. Etenim libri omnes atque integri, quos Ecclesia tamquam sacros « et canonicos recepit, cum omnibus suis partibus, Spiritu Sancto dictante, « conscripti sunt; tantum vero abest ut divinae inspirationi error ullus « subesse possit, ut ea per se ipsa, non modo errorem excludat omnem,

« sed tam necessario excludat et respuat, quam necessarium est, Deum, « summam Veritatem, nullius omnino erroris auctorem esse. Haec est « antiqua et constans fides Ecclesiae, solemni etiam sententia in Conciliis « definita Florentino et Tridentino; confirmata denique atque expressius « declarata in Concilio Vaticano. ... Quare nihil admodum refert, Spiritum « Sanctum assumpsisse homines tamquam instrumenta ad scribendum, « quasi, non quidem primario auctori, sed scriptoribus inspiratis quidpiam « falsi elabi potuerit. Nam supernaturali Ipse virtute ita eos ad scriben- « dum excitavit et movit, ita scribentibus adstitit, ut ea omnia eaque sola « quae ipse iuberet, et recte mente conciperent, et fideliter conscribere « vellent, et apte infallibili veritate exprimerent; secus, non Ipse esset « auctor Sacrae Scripturae. ... Consequitur, ut qui in locis authenticis « Librorum sacrorum quidpiam falsi contineri posse existiment, ii profecto « aut catholicam divinae inspirationis notionem pervertant aut Deum « ipsum erroris faciant auctorem ».

Eamdem doctrinam contra Modernistas defendit S. Officium damnando prop. XI in decreto *Lamentabili:* « Inspiratio divina non ita ad totam « Scripturam extenditur, ut omnes et singulas eius partes ab omni errore « praemuniat ».

Tandem, in decreto Pontificiae Commissionis Biblicae diei 18 iunii 1915 edicitur, ex dogmate catholico de inspiratione et inerrantia Sacrarum Scripturarum consequi quod « omne id quod hagiographus asserit, enuntiat, « insinuat, retineri debet assertum, enuntiatum, insinuatum a Spiritu « Sancto ».

Falsa etiam D. Brassac utitur methodo, quum, neglecta nimis expositione positiva integrae doctrinae catholicae, animo specietenus indifferenti proponit ex una parte argumenta, quae stant pro sententia traditionali, ex altera vero studiose effert rationes, quae arte critica, quam vocant, ex indiciis internis accumulantur ad novas opiniones commendandas, quin harum rationum inefficaciam atque debilitatem verbo indicet. Et ita parvi facit monitum Leonis XIII: « Perperam et cum religionis damno « inductum est artificium, nomine honestatum criticae sublimioris, quo, « ex solis internis, uti loquuntur, rationibus, cuiuspiam libri origo, inte- « gritas, auctoritas diiudicata emergant. Contra, perspicuum est, in quae- « stionibus rei historicae, cuiusmodi origo et conservatio librorum, histo- « riae testimonia valere prae ceteris, eaque esse quam studiosissime et « conquirenda et excutienda: illas vero rationes internas plerumque non « esse tanti, ut in causam, nisi ad quamdam confirmationem, possint advo- « cari ». Aliud etiam vetat Summus Pontifex in eadem Encyclica, scilicet ne in quaestionibus quae ad eruditionem faciunt, « plus temporis tribuatur

« et operae, quam pernoscendis divinis Libris, neve corrogata multiplex « rerum cognitio mentibus iuvenum plus incommodi afferat quam adiu- « menti ».

Non paucas habet Auctor interpretationes quae sensui Ecclesiae omnino refragantur. Lamentanda sane res, quum Concilium Tridentinum decreverit, « ut nemo, suae prudentiae innixus, in rebus fidei et morum ad aedi- « ficationem doctrinae christianae pertinentium, Sacram Scripturam ad « suos sensus detorquens, contra eum sensum, quem tenuit et tenet Sancta « Mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu et interpretatione Scriptu- « rarum Sanctarum, aut etiam contra unanimem consensum Patrum, « ipsam Scripturam Sacram interpretari audeat, etiamsi huiusmodi inter- « pretationes nullo unquam tempore in lucem edendae forent ». Quam praescriptionem Patres Concilii Vaticani his verbis declararunt: « Quoniam vero « quae Sancta Tridentina Synodus de interpretatione divinae Scripturae « ad coërcenda petulantia ingenia salubriter decrevit, a quibusdam homi- « nibus prave exponuntur, Nos idem decretum renovantes hanc illius « mentem esse declaramus, ut in rebus fidei et morum ad aedificationem « doctrinae christianae pertinentium, is pro vero sensu Sacrae Scripturae « habendus sit, quem tenuit et tenet sancta Mater Ecclesia, cuius est « iudicare de vero sensu et interpretatione Scripturarum sanctarum; « atque ideo nemini licere contra hunc sensum, aut etiam contra unanimem « consensum Patrum, ipsam Scripturam sacram interpretari ».

Generatim autem Auctor, licet sententias *scholae largioris*, quas studiose proponit, non semper aperte amplectatur, ad eas tamen inclinat, et saepius adhibet locutiones ambiguas et formulas captiosas, quae utroque modo, tum orthodoxo tum opinionibus eiusdem *largioris scholae* favente, intelligi possunt, immemor aureae illius regulae quam Pius X ab omnibus Sacram Scripturam praelegentibus stricte servari praecepit: « Doctor Sacrae Scri- « pturae tradendae sanctum habebit numquam a communi doctrina ac « traditione Ecclesiae vel minimum discedere; utique vera scientiae huius « incrementa, quaecumque recentiorum sollertia peperit, in rem suam con- « vertet, sed temeraria novatorum commentaria negliget; idem eas dumta- « xat quaestiones tractandas suscipiet, quarum tractatio ad intelligentiam « et defensionem Scripturarum conducat; denique rationem magisterii sui « ad eas normas diriget, prudentiae plenas, quae Litteris Encyclicis *Provi- « dentissimus* continentur » (Litt. Apost. *Quoniam*, 27 martii 1906, § 13).

Nihil Auctor curat, ut parum dicamus, decisiones Pontificiae Commissionis Biblicae, de quibus Pius X edicit: « declaramus expresseque praeci- « pimus universos omnes conscientiae obstringi officio sententiis Pontifi- « calis Consilii de Re Biblica, sive quae adhuc sunt emissae, sive quae

« posthac edentur, perinde ac Decretis Sacrarum Congregationum, perti-« nentibus ad doctrinam probatisque a Pontifice, se subiiciendi ».

Quin D. Brassac haec praecepta sancte servet, potius vim argumentorum quae favent doctrinae communiter receptae enervat, dum e contrario fortiter difficultatibus ab adversariis allatis insistit; saepe documenta magisterii ecclesiastici negligit vel eorum sensum ad propria placita pervertit; indolem praeternaturalem vel miraculosam plurium factorum ab hagiographis narratorum vel silentio premit vel ad minimum reducit; vaticiniis messianicis non raro omnem fere vim probandi adimit; in multis a recto tramite doctrinae theologicae deflectit; plus aequo tribuit auctoribus heterodoxis vel scriptoribus catholicis theoriis liberioribus imbutis, dum Leo XIII declarat, nimium dedecere « ut quis, egregiis operibus, « quae nostri abunde reliquerunt, ignoratis aut despectis, heterodoxorum « libros praeoptet, ab eisque cum praesenti sanae doctrinae periculo et « non raro cum detrimento fidei, explicationem locorum quaerat, in quibus « catholici ingenia et labores suos iamdudum optimeque collocarint », nec incorruptum Sacrarum Litterarum sensum ab eis tradi posse, qui, « verae fidei expertes, Scripturae non medullam attingunt, sed corticem « rodunt. » Tandem quasi nihil habet quod pietatem fovere possit, ac ita spiritum, quo antiquum D. Vigouroux opus praestabat, penitus immutavit.

Quae omnia eo graviora sunt quod agitur de « Manuali » quod in manibus versatur tot alumnorum sanctuarii, quorum institutioni Ecclesia materna cum sollicitudine invigilare debet. Ipsa enim vehementer cupit ut ii, qui in spem altaris succrescunt, reverentiam ac amorem altissimum erga Sacram Scripturam concipiant, ita ut, sacerdotio aucti et vineam Domini ingressi, experimento noscant quam sit « utilis omnis Scriptura divinitus « inspirata ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum « in iustitia, ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus » (II *ad Tim.*, III, 16, 17).

Quare Emi ac Revmi DD. Cardinales una mecum Inquisitores Generales latum die 12 huius mensis praefati operis damnationis decretum edere sui muneris esse duxerunt, ac simul cetera nondum evulgata decimaequintae editionis volumina operis « Manuel biblique » imprimi omnino prohibuerunt.

Haec autem omnia SSmus Dominus Noster Pius PP. XI, suprema Sua auctoritate probata ac confirmata, tecum communicanda mandavit.

Et fausta cuncta atque felicia tibi adprecor.

Romae, 22 decembris 1923.

R. Card. Merry del Val.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Lunedì 17 dicembre la Santità di Nostro Signore ha ricevuto in Udienza di formalità S. E. il Sig. Giovanni Doulcet, Ambasciatore e Inviato Straordinario della Repubblica Francese, per la presentazione delle Lettere credenziali.

SACRA CONGREGAZIONE DEI RELIGIOSI

AVVISO DI CONCORSO

Nella Segreteria della Sacra Congregazione dei Religiosi avrà luogo il giorno 17 gennaio 1924, alle ore 8 antimeridiane, un concorso per esame scritto ad un posto di Ufficiale minore.

Quegli ecclesiastici che volessero prendervi parte, purchè non abbiano oltrepassati i 40 anni, dovranno esibire alla Segreteria di detta Congregazione, entro un mese dalla data del presente avviso, la domanda corredata dal *nulla osta* del proprio Ordinario e dell'Emo Sig. Card. Vicario di Sua Santità; e inoltre dai documenti degli studi ecclesiastici compiuti e dei gradi accademici conseguiti, nonchè di altri titoli.

Si terrà speciale conto della conoscenza delle lingue straniere.

Roma, dalla Segreteria della S. Congregazione dei Religiosi, 12 dicembre 1923.

M. Serafini, Abb. O. S. B., *Segretario.*

SEGRETERIA DI STATO

SS. CONGREGAZIONI ASSEGNATE AI NOVELLI PORPORATI

Con Biglietti della Segreteria di Stato del 23 dicembre il Santo Padre si è degnato assegnare le seguenti Congregazioni agli Emi Signori Cardinali che nel Concistoro pubblico del medesimo giorno hanno ricevuto il Cappello Cardinalizio:

All'Emo Sig. Cardinale Evaristo Lucidi, le Sacre Congregazioni del *Concilio, de Propaganda Fide*, e il *Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.*

All'Emo Sig. Cardinale Aurelio Galli, le Sacre Congregazioni dei *Riti*, dei *Seminari e delle Università degli Studi* e della *Rev. Fabbrica di S. Pietro.*

NECROLOGIO

11 settembre 1923. Monsig. Angelo M. Petrelli, Vescovo di Venosa.
1 dicembre » Monsig. Nicola Széchenyi de Salvar-Felsovidék, Vescovo di Gran Varadino.
4 » » Monsig. Giuseppe Morabito, Vescovo tit. di Geropoli.
6 » » Monsig. Pietro Zanolini, Vescovo di Lodi.

I

INDEX GENERALIS ACTORUM

(Ann. XV — Vol. XV)

I. - ACTA PII PP. XI

Litterae Encyclicae, 5, 49, 309, 573.

Epistola Apostolica, 437.

Motu Proprio, 193, 327.

Constitutiones Apostolicae, 99, 137, 258, 329, 443, 485, 533.

Litterae Apostolicae, 27, 64, 103, 144, 194, 262, 335, 444, 488, 583.

Epistolae, 66, 97, 108, 148, 207, 275, 339, 445, 495, 536.

Sacra Consistoria, 245, 604.

II. - ACTA SACRARUM CONGREGATIONUM

Suprema S. Congregatio S. Officii:

a) *Documenta*, 151, 449, 585, 616.

b) *Librorum proscriptiones*, 29, 287, 356, 615.

c) *Condemnationum notificationes*, 152, 356.

S. Congregatio Consistorialis:

a) *Documenta*, 112, 153, 288, 449, 585.

b) *Immutationes finium dioecesium*, 449; *sedis*, 587.

c) *Provisiones Ecclesiarum*, 68, 114, 153, 224, 289, 356, 452, 512, 543, 587.

d) *Designationes*, 68, 154, 543.

e) *Nominationes*, 115, 153.

S. Congregatio de Sacramentis, 389.

S. Congregatio Concilii:

a) *Decreta*, 453.

b) *Resolutiones*, 115, 154, 225, 454, 513, 544, 588.

S. Congregatio de Religiosis:

a) *Documenta*, 69, 156, 289, 357, 457, 549.

b) *Approbationes*, 29, 76, 122, 166, 359, 458.

S. Congregatio de Propaganda Fide:

a) *Documenta*, 30, 122, 166, 368, 467, 477, 591.

b) *Provisiones Ecclesiarum*, 468, 514.

d) *Nominationes:* Delegati Apostolici, 31; - Vicarii Apostolici, 31, 167, 228, 378, 514; - Praefecti Apostolici, 77, 167, 228, 468, 591; - aliae, 303.

c) *Designationes*, 559.

d) *Approbationes*, 469.

Pontificium Opus a Fidei Propagatione:

a) *Documenta*, 77.

b) *Nominationes*, 79, 228, 379, 560.

S. Congregatio Rituum:

a) *Decreta in causis Servorum Dei*, 31, 168, 229, 290, 470, 592.

b) *Dubia liturgica*, 80, 123, 238, 379, 560.

c) *Congregationes*, 41, 92, 129, 188, 240, 303, 380, 477, 566, 598.

S. Congregatio pro Negotiis Ecclesiasticis Extraordinariis, 179, 561.

S. Congregatio de Seminariis et de Studiorum Universitatibus, 596.

S. Congregatio pro Ecclesia Orientali:

a) *Rescriptum*, 294.

b) *Nominationes*, 239.

COETUS S. R. E. CARDINALIUM SUPER DUBIIS DE COMPETENTIA SS. CONGREGATIONUM, 39.

III. – ACTA TRIBUNALIUM

S. POENITENTIARIA APOSTOLICA, 562.

SUPREMUM SIGNATURAE APOSTOLICAE TRIBUNAL, 180.

S. ROMANA ROTA:

a) *Decisiones*, 124, 296, 515, 562.

b) *Partes decisivae in causis actis anno 1922*, 81.

c) *Citatio edictalis*, 186.

d) *Anni iuridici auspicatio*, 567.

IV. – ACTA OFFICIORUM

PONTIFICIA COMMISSIO AD CODICIS CANONES AUTHENTICE INTERPRETANDOS, 128.

Diarium Romanae Curiae, 41, 92, 121, 189, 240, 303, 380, 477, 528, 566, 598.

a) *Audientiae solemniores*, 129, 303, 566, 598, 620.

b) *Monita*, 477, 528, 566, 572, 620.

c) *Nominationes*,* 42, 92, 130, 188, 240, 303, 381, 479, 528, 569, 620.

d) *Necrologium*, 48, 96, 136, 192, 244, 308, 388, 484, 532, 572, 603, 620.

* Ad maius inquirentium commodum haec ponitur distincta recensio :

Dicasteria Emis Patribus assignata: S. C. Consistorialis, 381, 599; S. C. de Sacramentis, 304; S. C. Concilii, 92, 304, 620; S. C. de Religiosis, 92, 304; S. C. de Propaganda Fide, 620; S. C. Rituum, 130, 620; S. C. pro Negotiis Ecclesiasticis Extraordinariis, 241, 304; S. C. Caeremonialis, 304; S. C. Rev. Fabricae S. Petri, 304, 620; S. C. de Seminariis et de Studiorum Universitatibus, 304, 620; S. C. pro Ecclesia Orientali, 381; Signatura Apostolica, 620; Commissio Pontificia ad Codicis canones authentice interpretandos, 131, 528; Commissio Pontificia de re biblica, 130.

Protectoriae Emis Patribus concreditae, 92, 130, 188, 240, 304, 381, 479, 528.

Nuntii, Internuntii, 381, 528.

Episcopi Assistentes Solio renuntiati, 42, 93, 131, 189, 241, 305, 382, 479, 528, 569, 599.

Auditores S. R. Rotae, 130, 189.

Consultores dati: S. C. S. Officii, 130; S. C. Consistoriali, 189, 599; S. C. de Sacramentis, 131; S. C. Concilii, 240; S. C. de Religiosis, 130, 188, 382; S. C. de Propaganda Fide, 170; S. C. pro Negotiis Ecclesiasticis Extraordinariis, 130, 188; S. C. pro Ecclesia Orientali, 189, 240.

Alii Officiales in Aula Pontificia, 92, 381, 599; in Dicasteriis, 42, 92, 130, 304, 381, 569, 599.

Protonotarii Apostolici ad instar et *Praelati Domestici:* 42, 93, 131, 189, 241, 305, 382, 479, 529, 569, 599.

Ex Militia Aurata: 43.

Ex Ordine Piano: Gran Croci, 43, 132, 384, 600; Placca, 384; Commendatori con placca, 190; Commendatori, 43, 190, 384, 600; Cavalieri, 43, 132, 305, 384, 480, 529.

Ex Ordine S. Gregorii Magni: Gran Croci, 43, 93, 384; Placca, 43, 94, 305; Commendatori con placca, cl. civ., 43, 132, 190, 242, 385, 530, 600; cl. mil., 132; Commendatori, 44, 94, 190, 242, 306, 385, 480, 530, 600; Cavalieri, cl. civ., 44, 94, 133, 190, 242, 306, 384, 530, 570, 600; cl. mil., 95, 481.

Ex Ordine S. Silvestri Pp.: Gran Croce, 45; Commendatori con placca, 95, 386; Commendatori, 45, 95, 133, 191, 386, 481, 531, 570; Cavalieri, 45, 95, 133, 191, 242, 306, 386, 481, 531, 570, 601.

Cubicularii secreti supra numerum: 45, 95, 134, 191, 243, 306, 387, 482, 531, 571, 601; *ab ense et lacerna: a) de numero*, 602; *b) supra numerum*, 46, 96, 135, 191, 243, 307, 387, 482, 532, 571, 602; *c) extra Urbem*, 192, 244.

Cubicularii honoris: in habitu, 47, 96, 135, 244, 307, 388, 483, 532, 571, 602; *ab ense et lacerna*, 47, 96, 135, 192, 244, 307, 385, 483, 532, 572, 603.

Cappellani secreti, honoris: 47, 96, 136, 244, 388, 572, 603; *extra Urbem*, 47, 96, 136, 244, 308, 388, 483, 532, 572.

II

INDEX DOCUMENTORUM
CHRONOLOGICO ORDINE DIGESTUS

Anno	Mense	Die		Pag.
			I. – ACTA PII PP. XI	
			I. – Litterae Encyclicae	
1922	dec.	23	*Fin dal primo momento.* – Ai venerabili fratelli Patriarchi, Primati, Arcivescovi, Vescovi ed altri Ordinari aventi pace e comunione con la Sede Apostolica: su la restaurazione del regno di Cristo per la pacificazione in Cristo	5
1923	ian.	26	*Rerum omnium perturbationem.* – Ad venerabiles fratres Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcopos, aliosque locorum Ordinarios pacem et communionem cum Apostolica Sede habentes: de sancto Francisco Salesio, tertio pleno saeculo ab eius obitu .	49
»	iunii	29	*Studiorum Ducem.* – Ad venerabiles fratres Patriarchas Primates, Archiepiscopos, Episcopos aliosque locorum Ordinarios pacem et communionem cum Apostolica Sede habentes: saeculo sexto exeunte a sanctorum caelitum honoribus Thomae Aquinati decretis	309
»	nov.	12	*Ecclesiam Dei.* – Ad venerabiles fratres Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcopos aliosque locorum Ordinarios pacem et communionem cum Apostolica Sede habentes: in natali CCC s. Iosaphat martyris, archiepiscopi Polocensis ritus orientalis	573
			II. – Epistola Apostolica	
»	aug.	20	*Quod sancti Bernardi.* – Ad R. P. D. Florentium du Bois de la Villerabel, episcopum Anneciensem: de sacris sollemnibus honori Sancti Bernardi a Menthone decretis	437

Anno	Mense	Die		Pag.
			III. – Motu proprio	
1923	apr.	20	*Post datam.* – De Ordinariorum facultatibus quinquennalibus	193
»	iunii	29	*Orbem catholicum.* – De christianae doctrinae institutione toto orbe catholico ordinanda	327
			IV. – Constitutiones Apostolicae	
1922	iulii	15	*Romani Pontifices.* – Aversana. De erectione in Collegiatam ad honorem ecclesiae paroecialis Sancti Sosii martyris in civitate « Frattamaggiore »	137
»	»	16	*Apostolica Sedes.* – Aversana. De erectione in Collegiatam ad honorem ecclesiae paroecialis Beatae Mariae Virginis Immaculatae in civitate « Frattamaggiore »	141
»	oct.	12	*Ad munus.* – Venezuelana. Dismembrationis et erectionis dioecesium Corensis, Cumanensis, Valentinae et Sancti Christophori	99
»	nov.	24	*Orbis catholici regimen.* – Verae Crucis. Dismembrationis et erectionis dioecesis Papantlensis	329
»	»	»	*Inter negotia.* – De Tulancingo. Dismembrationis et erectionis dioecesis Huejutlensis	332
»	dec.	4	*Ad supremae.* – Nictheroyensis. Erectionis dioecesium Barrensis et Camposinae	485
1923	febr.	2	*Semper Romani Pontifices.* – De Vladivostok. Erectionis dioecesis	443
»	»	18	*Apostolica Sedes.* – Clavarensis. Erectionis collegiatae ad honorem	258
»	martii	1	*Suessionensis Ecclesia.* – Suessionensis. Concessionis sacri Pallii	261
»	iunii	11	*Inter praecipuas.* – Caracensis. Erectionis novae provinciae ecclesiasticae Emeritensis in Indiis . . .	533
»	iulii	27	*Inter plurimas.* – Concessionis personalis Pallii Archiepiscopo Emeritensi	535
			V. – Litterae Apostolicae	
1922	nov.	23	*Incumbentis Nobis.* – Praefectura apostolica Terrae Gulielmi orientalis in vicariatum apostolicum, Novae Guineae orientalis denominandum, erigitur.	27
»	»	27	*Ex hac.* – Vicariatus apostolicus Insularum Tahiti separatur in duas partes atque inde erigitur praefectura apostolica de Cook et Manihiki appellanda.	28
»	dec.	7	*De more Romanorum Pontificum.* – Erigitur apostolica Delegatio Africae meridionalis	64
1923	ian.	2	*Sanctuarii.* – Sanctuarium B. M. V. a Miraculis, oppidi Saronno, archidioecesis Mediolanensis, ad Basilicae minoris dignitatem evehitur	65

Anno	Mense	Die		Pag.
1923	ian.	12	*Votivum templum.* – Ecclesia Sanctae Mariae Magdalenae Poenitentis, Andegavii, titulo ac dignitate basilicae minoris augetur	144
»	»	15	*Per similes Litteras.* – Sodalitas a Divino Infante Pragensi ad unitatem revocatur et Ordini Carmelitarum Discalceatorum exclusive concreditur	262
»	»	16	*Metropolitanum templum.* – Metropolitanum templum Ssmi Salvatoris Bahiae in Brasilia, ad basilicae minoris dignitatem evehitur	145
»	»	23	*Praeclarissima.* – Ecclesia paroecialis B. M. V. a Valle Florum in civitate Tremp, dioecesis Urgellensis intra fines, basilicae minoris titulo ac privilegiis augetur	146
»	febr.	2	*Explorata res est.* – Conceduntur indulgentiae, facultates et privilegia sociis, zelatoribus et moderatoribus piae sodalitatis Nostrae Dominae a Bona morte . .	103
»	»	3	*Sanctuarium.* – Titulo ac privilegiis basilicae minoris honestatur sanctuarium Rhaudense Beatae Mariae Virginis Perdolentis, archidioecesis Mediolanensis.	147
»	martii	15	*Ex hac excelsa.* – Erigitur in insula Madagascaria vicariatus apostolicus de « Maiunga »	194
»	»	»	*Quae catholico nomini.* – Erigitur vicariatus apostolicus de « Volta inferiore » in Africa occidentali	195
»	»	17	*Romani Pontifices.* – Divus Leonardus a Portu Mauritio caelestis Patronus declaratur sacerdotum qui in catholicis regionibus ad sacras missiones populares incumbunt	196
»	»	24	*Monasterium Speinshartense.* – Perantiqua Praemonstratensis Ordinis abbatia B. M. V. de « Speinshart », intra fines dioecesis Ratisbonensis, restituitur . . .	197
»	apr.	13	*Romanorum Pontificum.* – Ecclesia S. Basilii in civitate Brugensi titulo et privilegiis basilicae minoris honestatur	200
»	»	19	*Quae catholico nomini.* – Separato territorio a vicariatu apostolico Natalensi, erigitur praefectura apostolica de « Swaziland », in Africa meridionali	201
